



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1276 Usque Ad Annum 1312

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1766**

**VD18 90118251**

§. 31. Alphonso III Lusitaniæ Regi mortuo succedit Dionysius.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67012](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67012)

Sæcul. XIII. copo Reatino traditæ. Addebat Papa  
A.C. 1279. litteras 23 Martii ad Regem scriptas, per  
 quas eum vehementer stimulat, ut Eccle-  
 siæ jurium violationes has cunctas com-  
 penset & omittat.

## §. XXXI.

*Alphonso III Lusitaniæ Regi mor-  
 tuo succedit Dionysius.*

Paulo ante Alphonsus III Lusitaniæ Rex  
 diem obierat, cum creata Ecclesiæ  
Sup. Lib. 86. damna quodammodo resarfisset. Legi-  
¶. 19. mus monita, quæ an. 1273 Papa Grego-  
Rayn. 1275. rius X illi dedit, a conquerente Regni Cle-  
n. 21. 22. &c. ro commotus. Inobsequenter idem Pa-  
Id. 1277. n. 12 pa post biennium denuo castigavit, ec-  
 clesiasticas ei censuras minitans. Ru-  
 sus anno 1277 Papa Joannes XXI, qui  
 nascendi conditione illi subjectus fuerat  
 pariter ipsum hortando frustra perurge-  
Id. 1279. bat. Tandem Alphonsus in discrimen  
n. 29. mortis adductus, hoc an. 1279 die Mar-  
 tis 17 Januarii coram Durando Episcopo  
 Eborense inter manus Perri Martini ejus-  
 dem Ecclesiæ thesauro præfecti Sedi &  
 postolicæ plenam & simplicem obedien-  
 tiam, bonorumque omnium tum Tem-  
 plariis, tum aliis Religiosis aut Clero &  
 demptorum restitutionem juravit, & fa-  
 etas eis injurias compensari jussit. A-  
 etum id est Ulyssipone præsente ac com-  
 proban-

probante Dionysio Alphonsi filio & suc- Sæcul.XIII.  
A.C.1279.  
cessore. Tum Rex per Stephanum ve-  
terem Abbatem Alcobacensem absolutus  
a noxis, suum testamentum condidit, &  
a Pontifice Maximo, quem nuncupabat  
animæ ac corporis sui Dominum, cen-  
tumque argenti felibrarum legato dona-  
bat, ratum haberi cupit. Sic vitam po-  
suit 16 Febr. ac Dionysius ei successit.

§. XXXII.

*Bonagratius FF. Minorum Minister  
Generalis.*

**C**omitia Fratrum Minorum generalia  
hoc anno die Pentecostes 21 Maji  
**A**ffisii celebranda indixerat Cardinalis  
Hieronymus Asculanus etiamnum Mini- Vad. 1279.  
ster Ordinis. Sed in tempore iis adesse <sup>n.</sup> 7.  
non poterat, suo in reditu a Gallia, ubi  
Legatum egerat, morbo corruptus. Cum  
dein eo venisset, confirmavit Fratris Bo-  
nagrati quanquam absentis electionem  
in successorem suum. Eandem sibi gra-  
tissimam esse Papa Fratres edoceri voluit,  
ac præcipuos invitari, ut adirent ipsum,  
& quæ ad gubernandum Ordinem expe-  
dire censerent, fidenter exponerent. Ita-  
que Surianum, ubi Papa hac æstate cum  
sua curia residebat, se contulere: & unus  
illorum, qui novum Ministru m tunc co-

*-zoteb* E 5 mita-